



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 44. Tandem hanc agoniam sudoremque prouocauit sanguineum cordis robur, quod inuictus ille dux declarauit: illud amori ignis vt ceram, de qua Daudid, liquefecit, & quasi in terebintho, de qua ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53092](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53092)

Ps. 51. 6.

*veniam super me, & contemnat me iustitia.*  
 Ex altera vero verecundia nascitur, dum se considerat in conspectu superemi illius iudicis innumeris oneratum sceleribus, quasi propriis, maiori longè rubore, quàm quilibet Princeps si reus peruerit in patrem Regem proditoris coram illo consisteret, eiusque reddidurus rationem, nec respondere quidem sed pudore & rubore confusus meritum expectaret pro tanto crimine supplicii Magna est indubité timoris pena, cum ipse tantam eam faceretur, ut mortalem illi provocaret tristitiam: *Tristis est anima mea usque ad mortem* vnde naturali motu se subducere cogebatur, & intelligo quòd sanguis ad cor se retraheret, partes defertens exteriores subueniens autem interioribus. Porro grauior fuit pena verecundie: quia superueniente illà destituit sanguis, cor & partes interiores, quo se ex timore retraxerat, & resiliit faciem cooperiturus partibus, omnes exteriores corporis impetu adeo vehementi, ut perfrigerat viamq; sibi per poros aperuerit, & faciem contexerit, totumque corpus inefficaciter, ut in terram vsque deflueret. O quanta verecundia! O quanta confusio! Merito loquatur *Confusus cooperuit faciem meam*. Hinc quoque concludit quanta tibi sit futura confusio coram Deo in die iudicij, tuorum reo peccatorum si Dominus eo solum quòd ea in se suscepit punienda tam horribilem patiaris verecundiam, quàm toto corpore sanguinem effundat abundantem.

§. 4. Tandem hanc agoniam sudoremque pro-  
 uocauit sanguineum cordis robur, quod inui-  
 ctus ille dux declarat: *illud amoris igni ve-*  
*ceram, de qua David, liquefit, & quasi in*  
*terebinitio, de qua Sapiens, operatus est.*

124. Mor.

**L**icet prædicta ita sint, alteram tamen addi-  
 mus Saluatoris agonie rationem: forte sci-  
 licet pectus in corde interius, amoris &  
 obedientie, timoris & pauoris, quod ipse in se  
 provocauerat, cuique partem suam tradiderat  
 sensiuam. Hic cor retraheret insligans ut mor-  
 tem fugeret, amor autem illud excitat, ut eam  
 querat & amplectatur. Et quamuis multi hanc  
 negent delectationem, illam tamen admittit D.  
 Gregor. eamque declaro Euangelico textui val-  
 de conformem. Quando humana generis asser-  
 tor cum tribus discipulis suis scellit, & inscitauit,  
 atque provocauit in seipso terribiles illos  
 & horribiles tristitiae & pauoris affectus, de

quibus egimus, noluit se statim illis opponere,  
 nec illos moderari, nec attemperare, nec locu-  
 men aliquod accipere, secundum D. Thomam, ut hoc  
 com. tempusque haberent ita perfectè, fortiter, &  
 que cor suum assigendi: non ille declarat, illi  
 vitam adimere sufficiebant. Hoc dolore penitus  
 perseverauerat, permittens ut timor ille &  
 metor animam corpisque cruciaret, & malum  
 subire resisterent, ita ut Patrem deprecaretur in-  
 stanter, si possibile esset à se calix iste transferret.

Quando accessit Angelus eumque conforta-  
 uit, tunc quò potuit vi maxima se constanter  
 opposuit illi metui, aliis obedientie & charita-  
 tis affectibus, iterum mortem acceptans, & per  
 hoc grauissimum ac fortissimum ortum est in  
 corde eius certamen inter obedientiam, & timo-  
 ritatem ex vna parte, quæ libenter acceptabant,  
 volebant & obeabant mortem: & timorem ex  
 altera, illam recusantem: ita ut pectus tale  
 nunquam fuerit, quod posset, aut potuisset cor  
 humanum angustia torquere grauiori. Ita  
 sicut ille qui vires erexit fortiores, & erorem  
 uariis emittit, & acribus quemadmodum de  
 eo intelleximus, qui manu arripere & detinere  
 conatus est molendini rotam, toto impetu cir-  
 cumrotantem: ita Saluator conatus est pectus  
 metusque vires cohibere, quæ tormentorum mor-  
 tisque representatione cor illi commouebant,  
 & quasi in pila contrebant, illisque cohibere  
 actibus obedientie & charitatis fortissimi, volens  
 & acceptans mortem hanc, sequi dispositus,  
 ut obitum illi procederet eam quasi utus. De-  
 cantata est illa Dicitis iniqui sententia: ut corpus  
 animositate, ita & intellectus sapientia celebraret.  
 Casus accidit illi valde eximiosus: toto cor-  
 pit corpore contremisere. Quid hoc Dominus  
 mi (quærent adstantes) tunc trepidas, tunc hor-  
 midas, tunc palleccis? Quinam sunt hi timores,  
 quos notamus, extremi? Metus non est, insipiens  
 cor iis, sed carnis: etenim tremuit ipsa ex fortitudo,  
 quam in illo conspicit, nefam non timendo  
 periculum, sed illud aggredi debite-  
 rando.

De nonnullis Dei famulis, carnisque sue supra  
 modum mortificatoribus intellecti, quòd quando  
 corpus eorum in insolito horrore contremis-  
 ceteret, ex animositate perterritum, quam in  
 spiritu sentiebat, qui iam decreuerat illud disci-  
 plinis, verberibus, carnisque castigare: non  
 minus quàm puerulos coram magistro suo, quem  
 videt virgini armatum, & præcipientem ut se ad  
 flagella denudet paratque excipienda. Robor hoc  
 spiritus in Christo, ipsum est, quod carnis

11. cor agonia preceps poros aperit, sanguinem eli-  
 cit, & totoque corpore sudorem hunc inauditum:  
 eorumque fuit, ut omnino timorem euicerit,  
 illam foras expellens, complens illud quod post-  
 modum dicit D. Ioan. Euangel. *Perfecta charitas*  
*formidinem timorem.* Confectum hunc, ut opi-  
 nis, in canonicis reperio, dum à Spiritu S. diuini  
 illius post amor defecit: *Fortis est ut mors*  
*liberis, &c. Lampades eius, lampades ignis aque*  
*flammarum. Aqua multa non potuerunt extinguere*  
*charitatem, nec flamma obruent illam.* Transitu-  
 se Symmachus: *Impetus ignis, aque flammarum.*  
 Sicut metaphoran à fabro ferrario; magnam  
 hic fornacem imitè agere copiam, quâ modico  
 tempore calor ignisque refrigescit, qui prius in-  
 calcidit: porò vitæ reparatæ tantoque statim  
 impetu fertur in aquam, ut eam omnino consu-  
 ma, tanta foras violentiâ viuacissimas euibran-  
 do flammis, ut omnia petriungant, seque ex om-  
 nibus partibus liquido manifestent. Sic se res  
 habuit in Christo: nam in fornacem cordis eius  
 feruentissimam inuictæ sunt aque timoris cum  
 eorumque horrende mortis & tormento-  
 rum adeo terribilium: vnde modico tempore  
 robur illud quod se prius ostentabat, latuit ab-  
 scissum. Huius quàm timidus! quàm meticu-  
 losus, quàm animo fractus, quàm, facie pronus  
 decedens in terram, quàm serueat peti à mor-  
 te liberari! Porò Angelica confortatione robo-  
 ratur, tali contra timorem fertur impetu, ut eum  
 protus expellat, vias rubeasque eiaculetur fo-  
 ras sanguinis flammis ardentissimis: *Impetus eius,*  
*impetu ignis.* Flamme sunt ignea torrentes illi  
 sanguini, quos amor euibrat ira vehementas, ut  
 per totum diuinum hoc corpus dirumpant: ita  
 ut amodo necum Saluator non timuerit, sed  
 autum sic ab omni habuerit pauore liberum,  
 potest expedire quatenus in hoc cursu passu  
 scilicet ita giganteo, ut illum nullus iam ti-  
 more valeret remorari.

Hinc ortum est, ut quauis ab oratione sor-  
 tentur totus sanguine conspersus, iam tamen  
 omni reiecto timore & mortis formidine, ipsos  
 excitat à somno discipulos, dicatque horam iam  
 imminere, sciant nunc illos se expectare, quate-  
 nus apprehendatur: *Surgite, ecce qui me vult*  
*preparare.* Ex hoc similiter originè sumptis, quod  
 nunquam post modum in toto passionis suæ de-  
 cursu commotus fuerit, non genuerit, non ex-  
 pauerit, non se subdlexerit, non tormentum ali-  
 quod quantumvis graue recularit, sed nec con-  
 quassatus fuerit: sed inuiso & impauido profusus  
 animo carceres suscepit, alapas, pugnos, calum-

11. discursus apud tot, & tam iniquos, variof-  
 que iudices, tanto similiter robore magnanimus,  
 sui que constans, ut coram eis confisus nec ro-  
 get, nec supplicet, nec queratur, nec reddidit osten-  
 dat, nec fauorem expollet, nec lacrymas effun-  
 dat: quod Præsidem in summam ipsam rapuit  
 admirationem: *Ita ut miraretur Præses uehimen-*  
*ter,* tam profundum notare se silentium, tantam  
 mansuetudinem, animum imperturbatum, ut  
 nec pro se respondeat, non contra alleget innocen-  
 tiam, non vnum quidem proferat verbum ad  
 obiectorum exonerationem, extremo mortis  
 contemptu, & tormentorum quæ patiebatur in-  
 audita patientiâ, illud implès Isaiæ vaticinium:  
*Quasi agnus coram iudicante se obrumesces, &*  
*non aperies os suum.* Et si tacet, non quia reus  
 tacet, vel de culpa conuictus, sed ut fortis  
 mortisque aspernator, quam ipse querit & ac-  
 ceptat.

Certamen hoc contra timorem, quod charitas  
 mouet & obedientia ita efficaciter, ut eum cor-  
 de totaliter expellant, quod iam occupauerat,  
 illud est quod prouocat agoniam, & poros aper-  
 rit, ut toto corpore sanguis affatim effundatur.  
 O Sacramentum insigne! O mysterium admi-  
 rabile! O sanguinem preciosum, liquorem di-  
 uinum, oleum saluterum nostrisque sanandis  
 vulneribus efficacissimum. Est hic Christi san-  
 guis nostrum omne remedium. Afirmat Domi-  
 nus Noë transiitio diluuii iam amodo futurum  
 aquarum diluuium, quo mundus altera vice de-  
 mergatur, atque illi confederationis pacificæ  
 figuram arcum in nubibus statuendum, ut in il-  
 lis fulgidis appareat, omnem ab hominibus tol-  
 leret mali suspitionem, nec ultra formidarent  
 se diluuij fluctibus absorbendos. *Arcum meum*  
*ponam in nubibus & erit signum inter me, & in-*  
*ter terram:* Hoc est signum seu Dei ad nos tes-  
 tificæ securitatis: *Eritque arcus meus in nubibus,*  
*& videbo illum, & recordabor fœderis sempiter-*  
*ni. Videbo illum.* Expendo cum D. Cypriano. Dei  
 præceptum de Aquâ Pothali: mandat populo  
 suo adhuc in Ægypto seruenti, ut eius sangui-  
 ne hiant virtutisque potem. *Sument de sanguine*  
*eius, ac potent super ventumque possem, & in su-*  
*perliminariis acmorim.* Arbitratur Caietan.  
 præcepti utrumque hinc potest à summi o vsque  
 deorsum, & altiora superluminaria foris. Hæc  
 bes hic ex D. Cypriano figuram crucis, & quare  
 erit autem sanguis vobis in signum, in adibus in  
 quibus eritis, & videbo sanguinem, & transibo  
 vos, nec erit in vobis plaga disperdens, quando per-

Fl. 2. cussero

23 *cussera terram Egypti ab humine usque ad pectus.*  
24 Ego videbo: sicut hoc ministerio Angelis, qui-  
25 dam opinantur quod bonus esset, & alii quod  
26 malus. Domine, Num requiritur ut necessarium  
27 te vel Angelum videre signum hoc, ut quis in do-  
28 mo illa habiter, agnoscat, num Hebraeus, num  
29 Aegyptius? Mea loqui volo formula: signum erit  
30 vobis: *Et erit vobis in signum.* Mihi vero videre  
31 sanguinem illum, signum erit quod me disponet,  
32 ut per illud reclamini à plagis immunes.

Ff. 44. 9.  
V.  
Christus  
Myrrhae  
guttae  
compara-  
tur.

Hæc est illa myrrha pretiosa, quæ distillat,  
reddique Christum amabilem, de quo licet  
hoc interpretari: *Myrrha est gutta est casia à ve-*  
*stimentis suis, à domibus eburneis, ex quibus dele-*  
*ctauerunt se.* Hic multi punctum apponunt, no-  
tantque grauioribus Doctores *Myrrham est gut-*  
*tam* idem esse: significat enim aroma beneuolium  
dicunt maioris estimationis, quod nascitur de  
arbore pretiosa in Arabia spontaneè, ut necesse  
non sit ferre arborem, nam illam vi solius calor-  
is foras expellit, quo arbor interius feruet, & de-  
orsum de truncis decurrit. Hæc vocatur Myrrhæ  
gutta, nam est maxime pretiosa, & dicitur in SS.  
litteris *spontanea*, quam Deus præcipiebat quæsi  
ad compositionem thymiamatis. Hæc amplius  
non effluente, demum cultello arboreus distin-  
dunt, & reliquus emittat liquor, qui licet sit co-  
piolus, non tamen adeo pretiosus. Arbor diuina  
& celestis de celo translata in terra Christe  
dilectissime, qui modo per solum charitatis calo-  
rem aroma illud effundis tui sanguinis guttatim:  
*Sicut gutta sanguinis,* sanguis fuit verus, nec in  
hoc quisquam nisi infidelis dubitet, sicut illud  
concludit anathematis illi D. Athanasii: *si*  
*quis in genuerit verum hominem, quæ sit eius Dei*  
*assumpit, sanguis in iudasse, Anathema sit.* Vide  
non dixit Evangelista, *sicut sanguis*, sed *sicut gutta*  
*sanguinis*: Quia quod egrediebatur, & effluerebat,  
verus fuit sanguis, sed forma, qua defluat, erat  
guttatim toto corpore; gutta adeo strata, ut  
continuo sibi in terram vique deciderent. In  
Græco legitur *εργυρα*; quod significat guttas  
grossiores, quas D. Irenæus vocat Globos sangui-  
nis. Et quid hunc miramur effectum agonis?  
Narrat Maldonatus auctor modernus fide di-  
guissimus quod dum annis proximè elapsis Pa-  
tristis moram traheret, telatum accepit eo tem-  
pore contigisse, cum viso robustiori mortis de-  
cretum fuisset indicatum; sue ratione agonis, sue  
violentiæ totus visus fuerit sanguine commac-  
latus. Quid non in Christo idem efficeret?

D. Aug.  
apud Sox-  
sum in en-  
1. s. Bi-  
blioth. c. 12  
in fine.  
Gramm. 13.  
cont. ba-  
ref. c. 32.  
in c. 26.  
Matth.  
verf. 37.

Nunc igitur cum D. Hieron. guttatim san-  
guinem effundit quem postmodum torrente  
profundit abundantiori: *Tam vehementer ora-*  
*bat Saluator* (verba sunt D. Hieronymi) *ut gut-*  
*ta sanguinis prerumperent ex parte, quem totum*  
*erat passione suscipere.* Modo guttatim deluit, im-  
pulsam accurret ferentem, Domine, quo totum  
tibi corpus distenditur, ut ne quidem tibi gutta  
maneat residua, & figura impleretur, quam Deus Chri-  
sta misit in veste sacerdotis, quem voluit ecco huius-  
modi tincto componi. Supremi nostri Sacerdotis gut-  
tura, eius est sanctissima humanitas: *Haec enim*  
*inuentus ut homo, bis oportet ut tincta sit cocco:*  
*sanguis sui purpureo.* Primum: in exordio iuxta  
passionis, hoc iure sanguineo. Secundo in re-  
liquo flagellis, spinis & clavis, quos illi in-  
gent durissimos Pretiosus est omnis hic liquor,  
porro gutta illa, Domine mi, que modo nullo  
feriente ferro defudant, & effluent, sed magis  
nimis abundantia per vim amoris fortissimam,  
te reddunt super omnia gratum & amabilem:  
*Ex quibus delectauerunt te* &c. etenim illum qui  
tam non respondet gratos dilectioni, comper-  
tendit tremenda illa Apostoli maledictio: *quis*  
*quis non amat Dominum nostrum Iesum Chri-*  
*stum, sit anathema Maranatha.* Quod significat  
in aduersum Domini.

Quis amor huius fortitudini comparandus?  
Quis amor vigus adeo fortis & efficax, qui tan-  
to cor caloris aestu inflammer, ut sudorem et  
primat illi sanguineum? Ecce, cum D. Iuliano  
Martyre completura Davidis oraculum in psal-  
mo illo quo ad litteram de Christi passione lo-  
quitur: *Factum est cor meum tam, quam cera,*  
*que fuit in medio ventri mei.* Difficilia creduntur  
hæc verba D. Augusti, hunc interpretantur  
num ad iustitiam preceque amici sui Hiero-  
nimo: quia phrasæ: *ipturæ cor* aliquid dicitur  
liquecere, cum deficit, se subiacet, & vires illius  
animulque collabuntur, hoc etenim est quod dis-  
citur: *Dissolutum est cor meum.* Quomodo igitur  
poterat hoc de Christo intelligi, quod cor illi  
cera liqueceret, cui totum nunquam deluit, qui  
numquam potentia: Præstat audire ipsam Au-  
gustinum: *Non nisi magno dolore contingit, ut*  
*cor velut cera liqueat humanum, quod non potest*  
*illo fieri posse. qui patientiam habebat parati*  
*recipiendi animam suam.* Secundum hoc, respon-  
det D. August. necessario debet intelligi de Chri-  
sto, non in propria persona, sed de membris eccle-  
siæ est Ecclesia. Porro D. Iulianus illa caput de ipsa  
persona Christi, & vera confirmat in præterita  
historia: etenim cor illius ardentissimo amoris  
igne succentum liquefactum est, eo modo quo  
cera ante faciem ignis dissolvitur: *Sicut fuit cor*  
*deus*

*hæc ignis.* Quod si videre vult liquefactum, ecce qua ratione sanguis eius per poros effluit abundantè, & tam efficacis ignis vires admirare.

Job 24  
VIII  
Chiliss  
tercio  
duo  
milium

Comparat se Christus Dei Sapientia Terebintho. *Ego quasi Terebinthus extendi ramos meos.* Quæ rami mei honoris & gratia. Terebinthus arbor est celeberrima in SS. litteris: tam ex ratione rationem quos laus sine extendit, sub quibus virtutes cæli & an. malis se recipiunt, eo tempore quo temptatum timore perterrentur: quam ex eo quod guttas qualidam rubecas virtutis distillet efficacis, sanandis vulneribus præsentissimas; videntur valde pretiosa quæ Iacob vir capulata Egypti Protegi mittebat (filio suo sed in egypto) magnam etiam misit terebinthi quantitatem, vt notat S. Scriptura. cumque ante hæc idem Iacob adhuc ætate robustior idola vellet extirpare quæ secum uxores suas ac famuli de domo Laban socii sui detulerant, omnia tulit æque ad radices infudit terebinthi prope Sichem. Educitur gummi illud pretiosum, igne radicibus eius immittendo, & vi caloris liquor ille desinit inextinguibilis. & æstoris guttatim extractus guttatim tantâ defluit abundantia, vt in terram vsque manare videatur. O Terebinthe sanctissime curus rami sic longè lætæ que distendantur, vt omnes sub eis res igitur umbramque incantant optatissimam: omnes sunt honorificæ, omnes viles, omnesque salutiferæ. *Rami mei honoris & gratia.* Omnibus tempestatibus aditus: *Venite ad me omnes qui laboratis, & egredimini vos.*

Matth 11  
28

Illic inuenit cæcus visum, surdis auditum, mutus loquacem, leprosus munditiem, infirmus valetudinem, claudus membrorum agilitatem, imo defuncti resurrectionem. Porro cæcis hoc palmam eripit, quod in se rubeam contineat terebinthinam sui sanguinis inextinguibilem cunctis sanantibus languoribus efficacissimam: *Sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato.* Quis illum edocet nisi amoris ignis ardentissimus, & quous flammâ feruentior? Vires alie non possunt efficaces, licet creaturarum omnium & in celo & in terra conuengerentur. Ignis hoc radices in uadit animæ, voluntatem inquam, eamque ita feruenter accendit, vt te speclante terebinthinam eliciat, & si guttatim, tanta tamen uerbera e, vt deducat in terram vsque torrentes abundantissimos: *Sicut gutta sanguinis decurrunt in terram.* Desinat Domine mi, ad terram vsque: si namque per peccatum maledi-

tionem inturterit, quâ percussa non nisi spinæ germinat & tribulos, iam tuo sit sanguine consecrata, vt modò benedicta illa, rosas floresque germinat, Apostolos intelligo, Martyres, Doctores, Virgines, sanctosque innumerabiles, qui velut flores odoriferi, ac diuer siccolores cælos Deumque lætificant. In terram vsque decurrat: etenim si hic sepulta iacent nostrorum idola erimunt, & aff. cionum, hoc conpessa sanguine sudore delectantur, exterminantur, & annihilantur. In terram vsque dilabatur, vt hoc terra compluta rote in cælum transfundatur.

Infirmi accurrite liquorem hunc rubeum & gummi collecturi: accurrite languentes & cordis veltri vasis hoc balsamum colligite sacrosanctum: Terebinthum ruis, o Christiane proposito luminibus, cor tuum corrobora, ipso elephante ex conspectu mori, vel vini rubei robustior. Ne liquorem hunc vmbra contegas obliuionis: hæc etenim tibi vaticinante Job significat: *Terra ne spernis sanguinem meum, neque inuenias in te locum latendi clamor meus.* Attende sanguinem illum, teste Apostolo, melius tibi clamantem, quàm Abel innocentis: ille namque iustitiæ rigorem exigebat, hic sua te allicit misericordiâ. Ne ferox & ingratus cooperias illum nec aures ad eius clamores ocelludas obfirmatus: quid tibi dicat, auscultat, vt videlicet perpendas quod te digne, qui tibi coris sui pretiosum propinat sanguinem. Quem tanta non deuinciat charitas? Agnosco Domine mi, quod si hoc sudore tuo nostra nequaquam peccata remouentur, nostra conuincatur malicia, vt pernicax, execrabilis, & irremediabilis fortiori multò ratione, quàm olla illa sordidissima, quam, cum Propheta Ezechiel tanto labore studioque purificasset vt torus esset in sudore conspersus, factus vt ossa (a) aqua temperata, nec tamen esset emundata eam Dominus execratus ait: *Execrabilis malicia tua, multo sudore sudatus est, & non exiuit de ea nimia rubigo.* Myrrham igitur hanc sedulo colligamus pretiosam, hoc aroma diuinum, hoc gummum cælestis, nostris malis remedium, nostris vulneribus medicinam, cordibus nostris confortationem, nostris solamen laboribus, vehemens amoris incentiuum: medium hoc est efficacissimum quo gratiam in hominibus, & postmodum gloriam obtineamus sempiternam. Amico.

Job 16. 19.

(a) Hebraice uno sopra aqua. Ezech. 42. 12.

